



Universitätsbibliothek Paderborn

S. Avrel. Avgvstini Confessionvm Libri X

Augustinus, Aurelius

Coloniae, 1646

Cap. I. Novem annorum spatio seducebat & seducebatur per superbiam & hæresin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10120

Matt. 7,7,
&c 8.

tent: & vel nolentem salvum esse velint, imo cogant. Multi propriis sceleribus perirent, qui alienis precibus servantur. Ita S. Augustinus matti oranti & lachrymanti salutem suam acceptam retulit. Nam cum Deus promiserit exauditionem orationi ritè suscepitæ, obstrin gitur quodammodo ad faciendum, quod petitur, pro quounque petatur. Hanc enim præmissionem non ad solam orantis personam, sed et eos quoque, pro quibus oramus, extendit. Suar. t.2, de relig. l. I, c. 27.

L I B È R IV.

Perstringit novem Annos vitæ suæ, quibus ab anno **XIX**, usque ad **XXVIII**, Rhetoricam docuit concubinæ amoribus implicitus, & Astrologiæ genethliacæ deditus. Deplorat deinde immoderatum dolorem, ex amici morte conceptum, ac optimi ingenii pravum usum.

C A P. I.

Novem annorum spatio seducebat & seducebatur, per superbiam & hæresin.

Er idein tempus annorum novem, ab undevicesimo anno ætatis meæ, usque ad duodetricesimum, seducbamur & seducebamus; falsi atque fallentes invariis cupiditatibus, & palam per doctrinas, quas

imas
eat,
gusti-
suam
iserit
strin-
peti-
pro-
, sed
di te.

suæ,
e ad
cuit
us,
edi-
era-
orte
ora-

dtt.

rum
imo
e ad
ice-
us;
va-
ias,
uas

quas liberales vocant, occulte autem falso nomine religionis. Hic superbi, ibi superstitionis, ubique vani, ac popularis gloriae sectantes inanitatem, ^a usque ad theatraicos plausus & contentiosa certamina, & agonen coronarum fœnearum, & spectaculorum nugas, & intemperantiam libidinum, illac autem purgari nos ab istis fôrdibus expetentes, cum eis, qui appellantur electi & sancti, afferremus escas, de quibus nobis ^b in officina aqualiculi sui fabricarent, angelos & deos, per quos liberaremur. Et secessabar ista, atque faciebam cum amicis meis, per me, ac mecum deceptis.

2. Irrideant me arrogantes, & nondum salubriter prostrati & elisi à te Deus meus: ego tamen confiteor tibi dedecora mea, in laude tua. Sine me obsecro, & da mihi circumuire præsenti memoria, præteritos circumitus erroris mei, & immolare tibi *hostiam jubilationis*. ^{Ps. 26.6.} Quid enim ego sum mihi sine te, nisi dux in præceps? aut quid sum, cum mihi bene est, nisi fugens lac tuum: aut fruens te cibo, qui non corruptitur? Et quis homo est quilibet homo, cum sit homo? Sed irrideant nos fortes, & potentes: nos autem infirmi & inopes, confiteamur tibi.

N O T A.

^a Usque ad theatraicos plausus.) Augustinus veræ gloriæ nondum appetens, vanam sectabatur in theatro carmina recitando, & coronas victoriæ testes ambiendo. Eas fœneas appellat per contemptum, non quod è fœno essent: sed quia gramen, flores, folia, unde texebantur, in fœnum mox abeunt, & exarescent.

^b In officina aqualiculi sui, &c.) significat se eos annos inter Manichæorum auditores perseverasse,

E 2 & ut

200 S. AVR. AVGVST. CONFES.

& ut purgaretur à suis vitiis, ciboselectis attulisse, iuxta dicta supra, in quorum ventre (quem aqualiculum contemptim vocat) credebat solvi particulas divinæ substancialiæ, & Deos sibi fabricari, quorum opo liberaretur. Senserunt enim, particulas divinæ substancialiæ, quas fingeant in cibo & potu, aliisque rebus permixtas teneri, esse partim Angelos, partim animas humanas.

V S V S.

1. Ex memoria peccatorum exurgit in laudem Dei, conscius infirmitatis humanæ, ejusque consideratione superbiam nostram elidit: *Quid enim est sibi homo, sine Deo, nisi Dux in præceps & in profundum, tum peccati, tum inferni?*
2. Non solum malum non vitat homo, nisi Deo duce, sed nec bene est ipsi, nisi cum fugit lac divinum percipiendo consolationes licitas in creaturis: aut cum fruitur Deo suo tanquam cibo corruptibili, ipsi per meditationem & amorem inhærendo, & faciendo voluntatem patris sui, qui cibus Christi quoque fuit.

Ioh. 4.34.

C A P. II.

Rhetoricam se illis annis docuisse & illegitimo thoro usum: noluisse vero, ut aruspex pro victoria sua in theatro sacrificaret.

¶ **D**ocēbam illis in annis artem rhetoricaem, & a victoriosam loquacitatem vixit cupiditate vendebam. Malebam tamen Domine, tu scis, bonos habere discipulos, sicut appellantur boni, & eos sine dolo, docebam dolos: non quibus contra caput innocentis agerent, sed aliquando pro capite nocentis. Et tu Deus vidisti de longinquō lapsantem in lubrico, & in multo fumo scintillantem fidem meam, quam exhibebam in illo magisterio diligentibus vanita-